V. *Observation of the Eclipse of the Sun, of August 16, 1765, made at* Leyden, *by Professor* Lulofs, *F. R. S. to* Charles Morton, *M. D. Sec. R. S.*

Carolo Morton, M. D. Soc. Reg. Lond. Secretario, & Academiar. Imperial. Leopoldin. & St. Petropolitan. Socio. Joannes Lulofs, Academ. Leidenf. Mathefeos Profeffor. Societ. Reg. Lond. Socius, &c. S. P. D.

Abbas de la Caille *(Ephemerides des Mouvements Celeftes pour l'année* 1765) initium deliquii pro urbe Amftelædamenfi determinaverat $5^h 4'$ poft merid. finem $5^h 24$, quantitatem o dig. $5'$. Cum de la Caille confpirabat peritiffimus de la Lande, maximamque eclipfeos phafin locum habituram prædixerat in eadem urbe $5^h 15'$.

Hifce determinationibus plus fidens, quam rudioribus, quas ipfe tantum feceram, ut typum deliquii in ufum obfervatorii noftri parare mihi liceret, (fecundum quas initium effet Leydæ $4^h 10'$, finis $5^h 10'$, quantitas $1^d 22'$) aliifque infuper negotiis diftractus, obfervatorium confcendi hora 4, fed, difpofito telefcopio Newtoniano feptem pedum, eidemque adplicato micrometro Bradleyano, admirabundus percepi, hora 4 29′ 1″ eo-ufque jam proventam fuiffe
Lunam,

Lunam, ut diftantia cornuum deliquii 19′ 36″ ada-
quaret; unde quantitas obfcurationis jam erat 2 dig.
& 38′; ab eo tempore non admodum increvit eclipfis,
ita ut non ultra 2 dig. & 40′ vel 42′ adfcenderit.
Hora autem 4 44′ 48″ diftantiam cornuum denuo
deprehendi 19′ 36″, adeoque medium deliquii non
longe abfuit ab hora 4 36′ 55″.

Reliquæ obfervationes circa diftantiam cornuum,
& magnitudinum obfcurationis exinde erutarum de-
terminationes, funt fequentes.

Temp. ver.			diftantia cornuum		Magnitudo.	
	′	″		′	″	dig.	′
4ʰ	51	45	18	51	2	24
	55	55	18	6	2	11½
	59	19	17	21	2	1
5	3	51	15	50	1	38
	7	9	14	20	1	20
	12	42	11	18	0	48
	17	21	6	2	0	13½
	18	58 Finis				

Datum Lugd. Batav. d. 5 Novemb. 1765.